



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Art. unicus. An innascibilitas per negationem, vel per aliquid positivum, in ratione notionis constituatur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

enim nomine designatur, Patrem nedum in divinitatem personarum Triade, primatum tenere originis, sed in superius totius Divinitatis inexhaustam esse a fonte principium. Unde Dionysius in libro de divinis Nominibus. Solus fons superius substantia Dei est Pater. Et Concilium Tolestanum lexum: Conferuntur Patrem ingenitum, increatum, genitum & argumentum totius Divinitatis, apud quem non tam paternitatem, quam posteritatem principatus.

Sed adverendum est, hoc nomine non solam generationem generationis, sed etiam negationem omnis processionis & communicationis ab aliis quo pacto soli Patri convenient, cum ille filius a nullo procedat, & quidquid habet a nullo recipiat.

Circa primum nomen nihil occurrat dicendum. Circa secundum queri solet, an innascibilitas, que per hoc nomen, *ingenitum*, significatur, per aliquid positivum, vel purè negativum, in ratione notionis constitutatur? Quam difficultatem articulo sequenti breviter resolvemus.

ARTICULUS UNICUS.

An innascibilitas per negationem, vel per aliquid positivum in ratione notionis constitutatur?

[N]hujus difficultatis resolutione tres reperio authorum sentencias: Primum, innascibilitatem, ut est Patris notio, aliquid positivum importare. Pro qua sententia referuntur D. Bonaventura, Aureolus, & quidam alii antiqui Theologi, quos ex modernis sectatus est Philippus a. S. Imitante *hic* diff. 6. dubio 3.

Secunda docet illam constitui in ratione notionis per respectum rationis, qui intelligitur in Patre meo signo, quo concipitur constitui in ratione persona, & Filii generationem precedere. Ita Vazquez *lib. 137. art. 1.*

Tertia altera illam in ratione notionis importare aliquem respectum transcendentalis, quo Pater, tanquam fundamentale Trinitatis principium, indivise Filium & Spiritum Sanum respicit. Ita Alarcon *hic* diff. 7. cap. 1. Provenit declaratione

Dico innascibilitatem non constitui in ratione notionis per aliquid positivum, sed per negationem omnis processionis vel productionis passiva, quam de formali significatur. Ita expressè docet S. Thomas in 1. dist. 28. qu. 1. art. 1. ubi art. 1. et ingenitum nihil ponat quod sit de intellectu tamen sequitur quod non posse esse nisi quis illud cuius ratio consistit in ratione, ut per negationem certificatur, sicut oportet. Quo nihil clariss & exprestius dici potest unde minus est quod Philippus a. S. Trinitate, hunc locum citet pro sua sententia.

Probatur etiam conclusio ex eodem S. Doctori *ibid. art. 4. ad 1.* ubi postquam refutavit sententias illorum, qui dicebant innascibilitatem, prout est Patris proprietas, vel significare quod a nullo sit, & quod sit principium aliorum, vel universalem autoritatem, vel fundamentalē plenitudinem, sic concludit. Et ideo dicendum est secundum Augustinum, quod ingenitum negationem generationis passiva importat. Et paucis interposi-

A tis, ait: Nec propter hoc sequitur quod ingenitum non debatponi propria notio Patris, quia prima & simplicia per negationem notificantur. Ex quibus sic arguo: Primum, argumentum D. Thomae intendebat probare, innascibilitatem non esse notionem, eò quod nocio ponat aliquid in eo cuius est; ingenitum autem nihil ponit, sed removet, cum negationem importet. Cui argumento responderet, quod licet ingenitum, seu innascibilitas, negatio sit, tamen esse potest notio Patris, quia simplicia per negationes notificantur: At si sentiret, ingenitum in ratione notionis, non per negationem, sed per positivum constitui, non sic responderet, sed facilius argumentum solveret, afferendo quod licet negationem significet, non tamen per illam, sed per positivum in ratione notionis constitutum: Ergo innascibilitas, non per aliquid positivum, sed per negationem omnis processionis vel productionis passiva, in ratione notionis constitutum.

Secundum probatur conclusio ratione fundamentali. Ad rationem notionis sufficit, quod notificet aliquid personale, pertinens ad dignitatem; nec requiritur quod ipsa notio, ratione sui dignitas sit: At negatio, significata nomine ingenti, notificat in Patre aliquid pertinens ad dignitatem, scilicet primatum originis, & immediaram terminationem paternitatis respectu

C naturæ divinæ, quæ dignitas nullæ alia proprietate explicatur: Ergo etiam si ratione sui dignitas non sit, erit notio ratione sui. Minor patet, Major autem probatur primò ex doctrina D. Thomae jam adducta. Secundum, quia non magis requiritur ad rationem notionis, quod significet aliquid ad dignitatem spectans, quam quod significet proprietatem personalem; cùm primum ex secundo colligatur: Sed ut aliquid notio sit, non requiritur quod ratione sui sit proprietas personalis; sed sufficit quod proprietatem personalem circumlocutivè significet, sive notificet: Ergo etiam non requiritur quod ratione sui dignitas sit, sed solum quod circumlocutivè notificet dignitatem. Tertiò probatur eadem Major contra Vazquez, arguento ad hominem. Nam ille docet ut vidimus, innascibilitatem in ratione notionis per relationem rationis constitui: Sed relatio rationis, cùm nihil reale & positivum sit, ratione sui nullam dicit perfectionem aut dignitatem (eo illam notificet aut explicet) Ergo ad rationem notionis non requiriatur quod ratione sui dignitas sit, sed sufficit quod dignitatem explicit aut manifestet.

Denique probatur conclusio specialiter contra Alarcon, destruendo præcipuum ejus fundamentum. In Patre non datur aliquis respectus transcendentalis, quo indivise Filium & Spiritum Sanctum respiciat: Ergo innascibilitas per respectum illum transcendentalis non potest in ratione notionis constitui. Consequens patet, Antecedens probatur. In Patre non datur aliquis unus & communis influxus, quo in Filium & Spiritum Sanctum influat: Ergo neque unus respectus transcendentalis, quo indivise utramque personam respiciat. Antecedens est certum: Filium enim adiquatenus procedit per intellectum, & Spiritus Sanctus per voluntatem, nec datur alia tercia ratio influendi in ipsis. Consequens vero probatur. Omnis respectus quo in divinis una persona aliam respicit, sive transcendentalis, sive praedicamentalis, aut quasi praedicamentalis, debet in influxu & ori-

Gg gine

DISPUTATIO NONA

234
gine activa vel passiva fundari : Ergo si in Patre non detur unus & communis influxus, quo in Filium & in Spiritum Sanctum influat, non poterit dari unus respectus transcendentalis, quo indivisi utramque personam respiciat, ut docet Alarcon, sed adaequat Filiū respiciet paternitate, & Spiritū Sanctū spiratione activā.

10. Sed opponit ille Author, quod Pater vocatur à SS. Patribus Fontana Divinitas, seu fundamente Trinitatis principium; unde ad notionem Patris pertinet hoc quod est esse principium universale, & veluti primam radicem aliarum personarum: At in ratione principii radicalis Filiū & Spiritū Sancti non constituitur per paternitatem & spirationem; cum per illas solum comparetur ad Filium & Spiritum Sanctum, ut proximum illorum principium: Ergo per formalitatem aliquam ab illis distingat, quæ cùm absoluta non sit, nec sit relatio prædicamentalis, erit utique transcendentalis relatio, quæ ut principium radicale indivisi utramque respiciet; & consequenter hæc fundabit negationem ingenitiae, & innascibilitatem in ratione notionis constitutæ.

11. Respondeo concessa Majori, negando Minorem. Ad cujus probationem dicendum est, paternitatem postea considerari dupliciter, scilicet ut est relatio, & ut est subsistencia, seu forma hypothatica, primum terminans & modificans natum divinam. Sub priori consideratione non constituit Patrem fundamentale Trinitatis principium, seu principium radicale Filiū & Spiritū Sancti, sed solum illum referat ad Filium, benerante sub posteriori, quia ut sic fundat in Patre incapacitatem effendi ab alio, & connotat divinam naturam, ut se & non ab alio habeam: unde sub hac ratione paternitas de materiali & fundamentaliter hoc nomine, *ingenitum*, prout est Patri proprium, & notio illius importatur.

12. Dices, ex hoc sequi, innascibilitatem non esse notionem a paternitate distinctam: nam ad constituendam diversam notionem, requiritur conceptus objectivus virtualiter saltēm distinctus, ut disputatione precedenti dicebamus: Sed paternitas, ut forma hypothatica, non distinguuntur virtualiter a se ipsa ut referente: Ergo si ut forma hypothatica hoc nomine *ingenitum* de materiali importetur, innascibilitas non erit notio a paternitate distincta.

Sed facile responderetur, negando sequelam Majoris. Ad cujus probationem dicendum est, quod ad constituendam diversam notionem, requiritur conceptus objectivus virtualiter iter distinctus, saltēm ex parte illius quod de formalis significat; non tamen semper exigitur, quod virtualiter sit diversus ex parte ejus quod fundamentaliter & de materiali tantum importat: unde cùm paternitas, ut gerit munus subsistencia & formæ hypothatica, primum modificans natum divinam, de materiali solum & fundamentaliter hoc nomine, *ingenitum*, prout est Patris notio importetur, illudque de formalis significat negationem omnis processionis, seu passiva productionis, quæ virtualiter a paternitate distinguitur, innascibilitas erit notio a paternitate distincta.

•

DISPUTATIO IX.

De Persona Filii.

Ad questionem 34. & 35. D. Thome.

Varia in sacris litteris Dei Filius locutus nomina, quæ sub duodenario numero Ambrofius lib. 2. de Fide in prologo ex variis tam veteris quam novi Testamenti locis collegit. Vocabulari enim Filius Dei, Verbum, Imago, Idea, Principium, Sapientia, Lux, Candor lucis æterna, Charakter, Figura substantia, Speculum, Veritas. De quibus nominibus hæc subjungit idem Ambrosius: *Hi sunt pretiosi illi lapides, Sardius, Lapis, Smaragdus, Chrysolitus, & ali, quibus sancti Aaron & Christi figura amgesit, vestimentum intextur. Hi ruram nichil est sacerdotis, hec vestiū nuptialis, hic tritus propheticus, qui bene noverit ista contexere. Filius Dei dicitur, quia ex Deo Patre nascitur. Verbum, quia ex ore Altissimi cum perfecta eius notitia prodit. Imago, splendor gloria, & speculum, quia nihil ei deest quoniam perfectum Patrem exprimere possit. Vapor virtutis Dei, quia ejusdem cum Patre natura, Candor lucis æterna, quia ei coæternus. Character, à Patre personali differentia, non essentiali perfectione discreta.*

CEx his nominibus alia sunt quæ respectum dicunt ad Patrem, ut Filius, Verbum, Imago; alia quæ relationem ad creaturas exprimit, ut id est, principium, exemplar, alia propria & notitia, ut Filius, Verbum, & Imago: alia omnibus personis communia, & Filio appropriata, ut lux, virtus, vita, principium, idea &c.

DDe his omnibus nominibus non agit D. Thomas in præsenti, sed tantum de diutibus principiis, scilicet de nomine Verbi, & Imaginis: quæ (inquit) ratio Filiū ex ratione Patris considerata. Unde hujus S. Doctoris vestigii inherentes, lumen de ratione Verbi & Imaginis in hac disputatione differemus.

ARTICULUS I.

An Verbum ex cognitione omnium personarum divinarum per se procedat?

Tertullianus in Apologetico, agens de aeterna & arcana Christi generatione & Generatione Philosophorum, qui ex proprio cerebro tot vana fallorum Deorum fixare commenta, insipientiam irridens: *Accepte (inquit) hanc fabulam, similia est vestris. Alludit in fallor, ad illam fabulam, quæ Poëta fixerunt. Minervam ex Jovis cerebro prodidisse. Aliquid enim simile docet fides Christiana, ubi divinis generationis pandit arcanum: credit enim increatum æterni Patris Filium ex secundissima ejus mente ansa scula genitum fuisse, juxta illud divina Sapientia verbum: Ego ex ore Altissimi prodidi: id est ex intellectu Patris, qui est velut os spiritualis substantiaz. Inde in præsenti inquirunt Theologi, ex quorum objectorum cognitione Verbum divinum producatur? & num ex omnibus personarum divinarum notitia per se procedat?*

§. 14